

## VIDERE ET GVSTARE MORTEM. CAP. I. II

ac animaduress. filium sacrum ab ebraismi suspicione v-  
bique fere adserere sustinet, idque alicubi non infelicit:  
ita, licet ebraismi mentionem non faciat, eumdem tamen  
scopum in animo habuit, quando Matth. XVI, 28. varia  
ad illustrandam phrasin: γενέσθαι ταύτης congesst, v. c. me-  
taphorice vocem hanc sumi apud PLVTARCHVM  
Numa: δύλεις ἔγειρε τίμης ἐλευθέρως, serups experiri fecit hono-  
rem liberorum hominum, itemque eam in genere significa-  
re sentio, experior, apud HOMERVM Odyss. Φ. v. 68.  
γενέσθαι διστά, sagitta vulnerari, sagittae acumen in se experiri,  
dolorem ex ictu sagittae percipere, & r. v. 181. γενέσθαι χειρῶν,  
pugnis feriri, porro apud HERODOTVM γενέσθαι αρχῆς,  
imperii dignitatem experiri, & quae sunt reliqua loca.  
Quibus addit: *Hoc loco, si μὴ γενέσθαι ταύτης, est, non gu-  
stare mortem, i. e. non mori, non experiri dialexis corporis &  
anima per mortem, & postea locum a CASAVBONO  
notatum, γενέσθαι φόνος, patrare caedem, laudat, cum hac  
subiuncta epicrisi: nisi velimus reddere: crudelitatis homi-  
cidiorum initium facere, degustare quasi sanguinem humanum.*  
Sed omnia haec neutiquam, quod probare debebat, pro-  
bant, notatis iis, quae §. 4. praenotauiimus. Ceterum  
alteram phrasin: ίδεν θάνατον, intactam prorsus reliquit.

### §. VII.

Prae reliquis SEBAST. PFOCHENIVS, b) diatr. de liss-  
guae  
B 2

b) Eum Fridberga Wetterauum faisse, titulus indicat. Quae fati  
cius fuerint, ignorant etuditi. Vid. cel. IOECHERI lexicon  
erudit. Ipsam ex aemulatione IO. COCCEII, & contra hanc,  
diatriben suam praecipue conscripsisse, RHENFERDVS praf.  
syntagm. sui testatur. Vnum hoc de eo resciui, eum Marbur-